



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CLXXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

non minorem. C. de transact. Felin. in c. consuluit de i. deleg. & ibi Deci. nu. 99. & l. penult. C. de pact.

- 1 Fallit si ferratur de nocte de consensu partium pro uoluit Ias. in d. l. non minorem. in 2. limitatione, quia non ualet & tenet etiam arbitri sententia. Bal. in l. in eod. fine. C. de appellat. & in auct. i. §. sedebunt. col. 6. glo. in l. ij. instit. de uerb. oblig.
- 2 Fallit etiam in sententia interlocutoria, quae etiam de nocte ferri potest & lata tenet pro ut Imol. in l. quod iussit. ff. de re iud. Bal. in d. l. non minorem, & c. auditis de procurat. Felin. in c. consuluit. nu. 19. de off. deleg.
- 3 Fallit itidem quando res, uel iurisdictio est peritura die sequenti, quia tunc de nocte ferri potest, & lata tenet. Ita Bar. & Bal. in d. l. non minorem. C. de transact. Bal. in casus. C. de test. Idem in l. more in fine de ferr. & l. dies. ff. quando appellan. sit, & ita obseruatur in off. d. d. dit. no. in causa appell. q̄ tu subtilis cogita propter dictum Imol. in d. c. consuluit.
- 4 Fallit quoque quando iudex esset occupatus multitudine agendorum, quia eo tunc de nocte potest sententiam ferre, quando maxime non esset in culpa, ut Bal. in prima const. ff. in §. sed cum, & in auct. hodie de appella. Ludo. Pont. in l. si uero. §. de uiro is fallent. ff. sol. mar. Bar. in rubrica de fide instrum. cart. 22.
- 5 Fallit etiam quando in loco esset consuetudo, quae sententia de nocte posset ferri. Ita Io. Andr. in addit. c. consuluit de off. deleg. late. Saly. in d. l. non minorem. C. de transact. & ibi Paul. de Castr. qui tenent quod ista procedunt tam in iudice ordinario, quam in delegato, quae sententia si lata fuerit de nocte ferri debet accensu magnis luminariis. Ita Bar. in d. l. non minorem. alleg. tex. in l. si tria luminaria. ff. de uent. inspiciend.

#### REGULA CLXXXIX.

- 1 Sententiarum tria sunt genera, alia diffinitiuia, quae negotio principali finem imponit. Alia interlocutoria quae  
super

super incidenti negotium dirimit. Quædam uero mixta, quæ partim habet uim diffinitiuæ, & interlocutoria partim, ut Ange. Aret. in rubrica de regu. iur. & Guid. papa q. 12. num. 6.

- 3 Sententia lata super desertione appellationis a diffinitiuâ sententia est interlocutoria habens uim diffinitiuâ. Rotha deci. 437. in no. & deci. 13. si iudex in no. & deci. 215. in antiquis, quod not.
- 3 Sententia lata super interpositione ij. decreti est interlocutoria, ut Odof. in auct. qua in prouincia. C. ubi de crimine agi oportet.
- 4 Sententia lata super nullitate processus est interlocutoria, ut Guid. papa q. 16. & q. 220. in fine.
- 5 Sententia lata super executione rei iudicatæ est interlocutoria, secundum Guid. papa in q. 75. nu. 4. Boe. q. 63. nu. 7. & Ancha. consi. 342. Vicarius potestatis cum seq. & regulatur, secundum regulam aliarum sententiarum interlocutoriarum, quod not.
- 6 Sententia lata per iudicem appellationis si super principali iudicatur, est diffinitiuâ, si uero super emergenti, uel incidenti est interlocutoria, secundum spec. in ij. parte in tit. de sententia. §. i. uers. interlocutoria. nu. 9. Guid. papa addi. A. q. 16. pronuntiatio super exceptione peremptoria est interlocutoria, secundum Archi. in c. cum dilectus in fine de elect. in 6. & clem. cû a repulsione de appell. præceptum de soluendo est actus interloc. habens uim diffin. Guid. papa q. 12.

### REGULA CXC.

- 1 Seruitus uia itineris, uel aquæ ducendæ non uenit in alienatione fundi, seu proprietatis, nisi fuerit specialiter constituta. l. in uendendo. ff. de contrahend. empt. & l. qui libertatis. §. i. ff. de euct. Boe. q. 322. num. 4. & l. qui binas edes. ff. de ser. urba. prædio, & ibi Alber. & l. cum talis & l. per agrum. C. de seruit. & aqua.

- 1 Fallit. i. in seruitute tigni iniuncti, & oneris ferendi, quæ